Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



calamensem. cum quibus confessis traditoribus. memoratū tradi
torem siluanum eis ordinauit epm̄. Recita illi gesta apud. zeno
philum consularem. ubi nondinarius quidam diaconus iratus
siluano quod ab eo fuerit excōmunicatus. haec omnia iudicius pdidit
quae cestis documentis & responsionibus testium & recitatione
gestorum. & multarū epistolarū luce clarius constiterunt.
Multa sunt alia quae illi recites. si non contentiose agere sed pru
denter audire uoluerit preces donatistarū ad constantinum.
ut ppt̄ ipsam causam inter afros episcopos dirimendā iudices ex gallia epos
mitteret. litteras & iā eiusdem imperatoris. ubi epos misit ad urbē romā.
Gesta quoq: in urbe roma. ubi ab episcopis quos ille miserat causa
cognita atq: discussa est. Itemq: alias litteras. ubi declarat
memoratus imperator. Eos apud se de collegarū suorū iudicio.
id est episcoporum quos ad urbem romā miserat fuisse conquaestos.
ubi & iam alios episcopos uoluit apud arelatum iudicare ubi isti.
& ab ipsorum iudicio ad eundem imperatorem appellauerunt.
Ubi postremo causam interpastes ipse cognouit. Ubi eos uehemen
tissime detestatur. innocentia caeciliani fuisse superatos.
Quae si uoluerit. audiet & tacebit. & desinet insidiari ueritati.
Quamquā nos non tam de istis documentis praesumamus. quam de
scripturis scīs. ubi hereditas xp̄i usq: ad terminos terrae pmissa est
in omnibus gentib;. unde isti nefario schismate separati iactant
crimina in paleam messis dominicae. Quae necesse est usque
ad finem pmixta tolerar & ur. donec ultimo iudicio tota area
uentilet ur. Unde manifestum ē. ista crimina seu uera seu
falsa. non ptinere ad frumenta dominica. quae p totum
agrum id est istum mundum usq: ad finem scl̄i opostet crescere.
Sicut non falsus angelus in huius errore. sed dn̄s in euangelio
loquitur. Ideo quae in xp̄ianos innocentes. qui p totum orbem
malis xp̄ianis tamquam paleae suae uelzizaniis pmixti sunt.